Klosterneuburg, Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



67

tui et annuciabit ti maiores tuos et dicet ti
Quando dum
debat altissimus gentes qndo separabat filios ada
Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel
Pars autem dni populus eius iacob funiculus hereditatis eius
Invenit eum in terra
deserta in loco horroris et vaste solitudinis
circumduxit eum
et docuit et custodiuit qi pupilla oculi sui
Sicut aquila pro
vocans adulandum pullos suos et super eos volitans
expandit
alas suas et assumpsit eos atq portavit in humeris suis
Do
minus solus dux eius fuit et non erat cum eo deus alienus
Constitu
ivit eum super excelsam terram ut comederet fructus agrorum
et
suggeret mel de petra oleumq de saxo durissimo butyrum
de armento et lac de ovibus cum adipe agnorum et arietum fi
liorum basan
et hircos cum medulla tritici et sanguinem
uve biberet meracissimum
Incrassatus est dilectus et
recalcitravit incrassatus impinguatus dilatatus
Deliqit
deum factorem suum et recessit a deo salutari suo
Provo
caverunt eum in diis alienis et in abhominationibus ad iracun
diam concitaverunt
immolaverunt demoniis et non deis
quos ignorabant
Novi recentesq venerunt quos non coluerunt
patres eorum
Deum qui te genuit dereliquisti et obliti es
dei creatoris tui
Vidit dns et ad iracundiam concitatus est
quoniam irritaverunt eum filii suis et filie
Et ait abscondam fa
ciem meam ab eis et considerabo novissima eorum
Gens
cum perversa est et infideles filii
Ipsi me provocaverunt
in eo qui non erat deus et irritaverunt in vanitatibus suis
Et ego provocabo eos in eo qui non est populus et in gente stul
ta irritabo illos
Ignis succensus est in furore meo et
ardebit usq ad infernum novissima devorabitq terram cum ger
mine suo et montium fundamenta conburet
Congregabo
super eos mala et sagittas meas complebo in eis
Consumen
tur fame et devorabunt eos aves morsu amarissimo dentes